

terminos, ut hic syllogismus quatuor con-
flet, qui sunt seqq. 1. *vivens*, 2. *mortuum*,
3. *is qui est homo*, 4. *is qui fuit homo*.

SOPHISMA X.

Panis non bibit vinum.

O. *qui S. cenâ utitur, comedit panem.* E.

N. *qui S. cenâ utitur, bibit vinum.*

Resp. quatuor in syllogismo esse terminos,
medius enim terminus in majori propo-
sitione est alius, quam in minore. In Maj.
talis est: *Panis*, In Minore autem *comedit*
vel comedens panem; præter hos alii duo in
syllogismo continentur termini, nempe
bibit vinum, & *qui S. cenâ utitur*, & sic
numerus terminorum est quaternarius.

SOPHISMA XI.

N. *qui est natus, est nascendus.*

O. *homo natus est.* E.

N. *homo est nascendus.*

Resp. In Min. homo sumitur cum amplia-
tione pro eo, qui est vel fuit homo. In con-
clusionem autem, quatenus pro falsa habe-
tur, *homo* sumitur cum distractione, pro
eo, qui aliquando erit homo, quæ diversa
vocis *homo* acceptio diversos & sic 4. parit
terminos. Vide quæ circa sophisma 10. ad-
ducta sunt.

SO-